



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. I. Custodia cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

CAPUT VI.

Regula consolatoria pro tentatis.

§. I. *Standum diligenter in CVSTODIA CORDIS.*

§. II. **DOLOR IN DESIDERIO:**
quando scilicet ratio vehementer cupit dolere de peccatis cum ipsorum displicentia intellectuali, est verus dolor.

§. III. **LAPSVS EX INFIRMITATE.**

1. Longè differt lapsus ex infirmitate.

2. Et lapsus ex mera negligentia.

§. IV. **IMPRUGNARI A VITIIS ET TENTATIONIBVS.**

1. Non facit hominem minus gratum Deo, sed ab illis expugnari.

2. Neq; motu vitiorum aut tentationum commaculant animam; sed, si bene rejiciantur, purgant, & coronant.

3. Quin nec facta insomnia coinquinant, modo causam non dederit; nec in eu delecterit jam expergefactus.

4. Ita motus iræ, indignationis, simileq;, bene repressi, & rationi reverè & practice displicentes, non sedant, sed purificant animam.

§. V. **PERSISTENDVM IN SANCTO PROPOSITO.**

1. Tame si ob fragilitatem creberimè labaris.

2. Cupientibus enim bene vivere loquuntur in Scripturâ promissiones misericordiæ & indulgentiæ: peccata autem parvipendentibus loquuntur comminationes formidabilis justitiæ Dei.

3. Deus enim in seipso non est terribilis: sed in effectibus justitiæ erga sua contempores pietatis.

§. VI. **CONFIDENDVM auxiliis gratiæ Dei, non annitendum propriis viribus.**

§. VII. **ORATIONIS.**

1. Cum fidè firma minimeq; hesitantè oblatæ, magna est effiçacia.

2. Semper ei conceditur, ut quod petebatur, aut aliquid utilius & opportunius.

3. Orandum est autem intellectualiter potius, quam per corporeas imagines.

§. I. **CUSTODIA CORDIS.**

1. **DECLINA** prudenter peccandi occasiones, & eam societatem quæ te à Deo avertere potest:

jugiterque sollicitus esto pro puritate cordis servanda. Numquã inordinatæ securitati te tradas, cum hæc vita sit plena laqueis, tentationibus & periculis: sed semper cum rationabili & sancto metu tuam salutem operare. Verissima enim sunt verba Sapientis dicentis: *Si non in timore Domini renueris te instanter, citò subvertetur domus tua.* Quando tamen ex fragilitate humana laberis & peccas, quando item propter vitia te impugnantia videris tibi deficere magis quam proficere, nullo modo ob id despondeas animum: sed ingemiscens coram Domino Jesu, ora eum ut purissimo Sanguine suo omnem peccati maculam in te deleat, req; gratiã suã in bono confirmet.

§. II. **DOLORIS DESIDERIUM.**

Neque propterea angaris, quòd fortè non sentias dolorem vel contritionem. Si enim omnino velles & cuperes te non offendisse Deum, aut etiam † doles te non dolere: hunc quoque dolorem suscipit ac respicit Deus, qui pensat nõ tam quid sentias, quam quid velis. Dic sapius hæc aut similia: *O Domine Jesu, utinam numquam te offendissem! utinam posthac viverem juxta gratissimam*

† Quo pacto sufficit peccatori ad penitentia Sacramentum accedenti dolor, quòd non doleat aut non satis doleat, solide disputat Doctor Martinus Navarrus, citans S. Thomam & S. Bonaventuram, Manualis Confessariorum cap. 1. §. 22.